

dras. **D**igressi igitur manducate pinguisima quaeque et bibite dulcissima quaeque et mittite munera his qui non habent. Sanctus enim est hic dies domini et nolite mesti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et leuite denunciabant in publico omnibus dicentes: Dies hic sanctus est. Nolite mesti esse. Et abierunt omnes manducare et bibere et epulari: et dare munera his qui non habebant ut epulentur. Magnifice enim sunt exaltati vobis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in hierusalem celebrare letitias: secundum testamentum domini dei israel.

Explicit liber Esdre tertius

Incipit liber Esdre quartus. Cap. I

Liber esdre
 pphete secundus: filij sare
 filij azarei filij helchie: filij
 sadanie: filij sadoc: filij a/
 chitob: filij achie: filij phi/
 nees: filij heli: filij amerie:
 filij asiei: filij marimoth.
 filij arna: filij ozie: filij bozith: filij abisei: filij
 phinees: filij eleazar filij aaron ex tribu leui qui
 fuit captiuus in regione medorum in regno arta/
 xerxis regis persarum. Et factum est verbum domini ad
 me dicens. Vade et nuncia populo meo facinorosa
 ipsorum et filijs eorum iniquitates quas in me admi/
 serunt ut nuncient filiis filiorum quia peccata paren/
 tum ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sa/
 crificauerunt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos
 de terra egypti: de domo fuitur. Ipsi autem irrita/
 uerunt me: et consilia mea spreuerunt. Tu autem ex/
 cute comam capitis tui et projice omnia mala su/
 per illos: quoniam non obedierunt legi mee. Populus
 autem est indisciplinatus. Usque ad quos sustinebo quibus
 tanta beneficia contuli: Reges multos propter
 eos subuertere: pharaonem cum pueris suis et omnem
 exercitum eius percussit. Omnes gentes a facie eorum
 perdidit et in oriente puinciarum durauit populos ty/
 ri et sidonis dissipauit: et omnes aduersarios eorum
 interfeci. Tu vero loquere ad eos dicens. Hec
 dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transme/
 auit: et plateas vobis in initio munus exhibui
 Duce vobis dedi moysen: et aaron sacerdotem
 lucem vobis per columnam ignis praestitit: et magna mi/
 rabilia feci in vobis. Vos autem mei obliti estis: di/
 cit dominus. Hec dicit dominus omnipotens. Coturnix
 vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelam de/
 di: et illic murmurastis: et non triumphastis in no/
 mine meo de perditione inimicorum vestrorum: sed ad/
 huc nunc usque murmurastis. Ubi sunt beneficia
 quae praestitit vobis. Nonne in deserto cum esuriretis pla/
 masti ad me dicentes: ut quod nos in deserto istud
 adduxisti interficere nos: Melius nobis fu/
 erat fuire egyptijs quam mori in deserto hoc. Ego

dolui gemitus vestros: et dedi vobis manna
 in escam. Panem angelorum manducastis. Non
 ne cum sitiretis petram excidisti: et fluxerunt aque
 in saturitate. Propter estus folijs arborum
 vos texi. Quasi vobis terras pingues: cha/
 naneos et pherezeos et philistinos a facie ve/
 stra projecisti. Quid faciam vobis adhuc dicit
 dominus. Hec dicit dominus omnipotens. In de/
 serto cum essetis in flumine ammorreo sitien/
 tes et blasphemantes nomen meum: non ignem
 vobis pro blasphemijs dedi: sed mittens li/
 gnum in aquam: dulce feci flumen. Quid tibi
 faciam iacob: Nolui obedire iuda. Trans/
 feram me ad alias gentes: et dabo eis nomen
 meum: ut custodiant legitima mea. Quonia/
 me dereliquistis: et ego vos derelinquam. Pe/
 tentibus vobis a me misericordiam non mi/
 sererebor: quando inuocabitis me: ego non exau/
 diam vos. Maculastis enim manus vestras
 sanguine: et pedes vestri impigri sunt ad con/
 mittenda homicidia. Non quasi me dereliqui/
 stis: sed vos ipsos: dicit dominus. Hec dicit
 dominus omnipotens. Nonne ego vos rogavi
 ut pater filios: et mater filias: et ut nutrix pu/
 los suos: ut essetis mihi in populum: et ego vo/
 bis in deum: et vos mihi in filios: et ego vobis
 in patrem. Ita vos collegi: ut gallina pullos
 suos sub alas suas. Quomodo autem quid faci/
 am vobis. Projiciam vos a facie mea. Ob/
 lationem cum mihi attuleris auertam faciem
 meam a vobis. Dies enim festos et neomenia
 et circuncisiones repudiastis. Ego misi pueros me/
 os prophetas ad vos: quos acceptos interfecistis
 et laniastis corpora eorum: quorum sanguinem exqui/
 ram dicit dominus. Hec dicit dominus omnipotens. Do/
 mus vestra deserta est. Projiciam vos sicut ventus
 stipulam: et filij percreationem non facient: quoniam man/
 datum meum neglexerunt: et quod malum est co/
 ram me fecerunt. Tradam domos vestras po/
 pulo venienti qui me non audientes credunt: quibus
 signa non ostendi facient que praecipui. Pro/
 phetas non viderunt: et memorabunt iniquita/
 tum eorum. Testor populi venientis gratiam cuius
 puuli exultant cum leticia: me non videntes
 oculis carnalibus: sed spiritu credentes que
 dixi. Et nunc frater aspice que gloria: et vide
 populum vententem ab oriente quibus dabo du/
 catum abraam ysaac et iacob et ozee et amos et
 michee et iobel et abdic et ione et naum et aba/
 chuc. sophonie. aggei zacharie. et malachim
 qui angelus domini vocatus est.

Hec dicit dominus. Ego eduxi popu/
 lum istum de seruitute: quibus manda/
 ta dedi per pueros meos prophetas quos
 audire noluerunt: sed irrita fecerunt mea psilia.
 Mater qui eos generauit: dicit illis. Sic filij

quod ego vidua sum et derelicta. **E**ducaui vos cum leticia et amisi vos cum luctu et tristitia. **Q**uia peccastis coram domino deo vestro: et quod malum est coram eo fecistis. **M**odo autem quid faciam vobis? **E**go vidua sum et derelicta. **I**te filij et petite a domino misericordiam. **E**go autem te pro teste inuoco super inimicum filiorum qui noluerunt testamentum meum. **F**uare ut des eis confusionem et matrem eorum in direptionem: ne generatio eorum fiat. **D**ispargant in gentes noxia eorum: deleant a terra quam sperauerunt facere meum. **N**e tibi assur: qui abscondit iniquas penes te. **G**entes mala memorare quid fecerim Sodome et Gomorre quam terra iacet in piccis glabris et aggeribus cinerum. **S**ic dabo eos qui me non audierunt: dicit dominus omnipotens. **H**ec dicit dominus ad esdras. **N**uncia populo meo: quoniam dabo eis regnum hierusalem quod daturus erat israel. **E**t sumam mihi gloriam illorum et dabo eis tabernacula eterna que preparentur illis. **L**ignum vite erit illis in odore vitu guenti: et non laborabunt neque fatigabunt. **I**te et accipietis. **R**ogate vobis dies paucos ut imorentur. **I**am paratum est vobis regnum. **V**igilate. **T**estare celum et terram. **C**ontrui enim malum et creavi bonum: quia vivo ego dicit dominus. **N**on aplectere filios tuos. **E**duca illos cum leticia. **S**icut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi dicit dominus. **E**t resuscitabo mortuos de locis suis: et de numeris educam illos: quoniam cognoui nomen meum in israel. **N**oli timere in filiis eorum quoniam te elegi dicit dominus. **M**ittam tibi adiutores: iuuenes meos eslam et hieremiam: ad quem presulum sanctificauit et parauit tibi arbores duodecim: grauatatas varijs fructibus et totidem fontes fluentes sicut mel: et motes imentos septem hentes rosas et liliu in quibus gaudios implebo filios tuos. **V**iduas iustifica. **p**upillo iudica. **e**genti da: orphanus tuere. **n**udu vesti. **p**ractum et debile cura. **cl**audum irridere noli. **t**utare manum et cecum ad visionem claritatis mee admittite. **S**enem et iuuenem intra muros tuos sua: mortuos ubi inuenieris signas comeda sepulcro: et dabo tibi premissam in resurrectione mea. **P**ausa et quiesce populus meus quia veniet requies tua. **N**utrix bona nutri filios tuos confirma pedes eorum. **S**eruos quos tibi dedi: nemo ex eis interiet. **E**go enim eos requiram de numero tuo. **N**oli fatigari. **C**um enim venerit dies pressure et angustie: alij plorabunt et tristes erunt: tu autem hilaris et copiosa eris. **R**elabunt gentes et nil aduersus te poterunt dicit dominus. **A**banus mee tegent te: ne filij tui gehennam videant. **F**ocudare me cum filiis tuis quia ego te eripiam dicit dominus. **F**ilios tuos dormientes memorare: quoniam ego eos educam de lateribus terre: et misericordiam cum illis faciam quoniam misericors sum dicit dominus omnipotens. **A**mplectere natos tuos usque dum venio et prestem illis

misericordiam quam exuberant fontes mei: et gratia mea non deficiet. **E**go esdras preceptum accepi a domino in monte oreb ut irem ad israel. **A**d quos cum venire reprobauerunt me et respuerunt mandatum domini. **I**deoque vobis dico gentes: que auditis et intelligitis. **E**xpectate pastores vestri: requie eternitatis dabit vobis: quoniam in presentia mo est ille qui in fine seculi adueniet. **P**arati estote ad premissa regni: quia lux perpetua lucebit vobis: pro eternitate temporis. **F**ugite umbram seculi huius. **A**ccipite iocunditatem glorie vestre. **E**go testor palam saluatore meum: commendatum donum accipite et iocundamini: gratias agentes et qui vos ad celestia regna vocauit. **S**urgite et videte numerum signatorum in iuuuio domini. **Q**ui se de umbra seculi trastulerunt: splendidas tunicas a domino acceperunt. **R**ecipe syon numerum tuum et concludite candidatos tuos qui legem domini compleuerunt. **F**iliorum tuorum quos optabas plenus est numerus. **R**oga imperium domini ut sanctificet populus tuus qui vocatus est ab initio. **E**go esdras vidi in monte syon turbam magnam quam numerare non potui et omnes canticis collaudabant dominum. **E**t in medio eorum erat iuuenis statura excelsus: eminentior omnibus illis et singulis eorum capitibus imponebat coronas et magis exaltabat. **E**go autem miraculo tenebar. **T**unc interrogauit angelum et dixi. **Q**ui sunt hi domine? **Q**ui respondens dixit mihi. **H**ii sunt qui mortalem tunicam deposuerunt: et immortalem sumpserunt: et confessi sunt nomen dei. **M**odo coronantur et accipiunt palmas. **E**t dixi angelo. **A**lle iuuenis quis est qui eis coronas imponit et palmas in manus tradit. **E**t respondens dixit mihi. **I**ste est filius dei: quem in seculo confessi sunt. **E**go autem magnificare eos cepi: quia fortis pro nomine domini steterunt. **T**unc dixit mihi angelus. **V**ade annuncia populo meo quanta et quanta mirabilia domini dei vidisti.

Anno tricesimo ruine ciuitatis erant ibabylone: et prurbarum super cubiculo meo recubens. **E**t cogitationes mee ascendebant super cor meum: quoniam vidi desertionem syon et abundantiam eorum qui habitabant in babilone. **E**t ventilarum est spiritus meus valde. **E**t cepi loqui ad altissimum verba timorata. **E**t dixi. **O** dominator domine tu dixisti ab initio quoniam plantasti terram: et hoc solus et impasti populo: et dedisti adam corpus mortuum et ipsum signatum manuum tuarum erat: et insufflasti in eum spiritum vite et factus est viuentis coram te: et induxisti eum in paradiso quem plantauerat dextera tua antequam terra aduentaret. **E**t huic mandasti diligere viam tuam et preteriiuit eam: et statim instituisti in eum mortem et in nationibus eius: et nate sunt gentes et tribus et populi et cognationes quam non enumeras. **E**t ambulauit vnaquaque gens in voluntate sua

et mira agebant coram te: et sperabant precepta tua.
Terunt autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum et perdidisti eos. Et factum est in unoquoque eorum sicut ad mortem: sic his diluuium.
Dereliquisti autem unum ex his noe cum domo sua: et ex eo iusti omnes. Et factum est cum cepissent multiplicari qui habitabant super terram: et multiplicauerunt filios et ipsos et gentes multas: et ceperunt iterato impietatem facere plus quam priores.
Et factum est cum iniquitatem facerent coram te: elegisti tibi virum ex his cui nomen erat abraam. Et dilexisti eum: et demonstrasti ei soli voluntatem tuam.
Et disposuisti ei testamentum eternum: et dixisti ei ut non unquam derelinqueres seminem eius. Et dedisti ei ysaac: et ysaac dedisti iacob et esau. Et segregasti tibi iacob: esau autem sepasti. Et factum est iacob in multitudine magna. Et factum est cum educes seminem eius ex egypto adduxisti super montem syna. Et inclinasti celos et statuisti terram: et commouisti orbem: et tremere fecisti abyssos: et conturbasti seclum: et transiit gloria tua portas quatuor ignis: et tremor et spiritus et gelu: ut dares semini iacob legem: et generationi israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum ut faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignum basulas primus adam transgressus et victus est: et omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas: et lex cum corde populi cum malignitate radicis: et discessit quod bonum est: et mansit malignum. Et transierunt tempora et finiti sunt anni: et suscitasti tibi fructum nomine dauid: et dixisti ei edificare ciuitatem nois tui: et offerre tibi in eadem thubus et oblationes. Et factum est per annis multis: et dereliquerunt qui habitabant ciuitatem in omnibus facientes sicut fecit adam et omnes generationes eius. Et creabant enim et ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Numquid meliora faciunt qui habitant babilonem. Et propter hoc dominabitur syon. Factum est cum venissem huc et vidissem impietates quorum non est numerus: et derelinquentes multos: vidit anima mea per tricesimo anno et excessit cor meum: quoniam vidi quod sustines eos peccatores: et pepercisti impietate ageribus: et perdidisti populum tuum et conseruasti inimicos tuos et non significasti. Nihil memini quod debeat derelinqui via hec. Numquid meliora facit babilonem quam syon: aut alia gens cognovit te preter israel? Aut qui tribus crediderunt testamentum tuis sicut iacob? Quarum merces non contempnit: neque labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus: et vidi abundantes eas: et non memorantes mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates et corum qui habitant in seculo et non inuenies nomen tuum nisi in israel. Aut quoniam non peccauerunt in conspectu tuo qui habitant terra aut qui gens sic obstruauit mandata tua: hos quidem per noia inuenies fuasle

mandata tua: gentes autem non inuenies. **M**
Respōdit ad me angelus qui missus est ad me cui nomen huriel: et dixit mihi. Excedens excessit cor tuum in seculo et comprehendere cogitas viam altissimi. Et dixi. Ita domine me. Et respondit mihi: et dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi: et tres similitudines proponere coram te de quibus mihi si renunciaueris unam ex his: et ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre: et docebo te unum sit cor malignum: Et dixi. Loquere domine meus. Et dixit ad me. Vade potera mihi ignis potus aut mensura mihi statum venti: aut reuoca mihi diem que preterijt. Et respondi et dixi. Quis nato: unum poterit facere ut me interrogas de his. Et dixit ad me. Si essem interrogas te dicens quante habitationes sunt in corde maris: aut quante vene sunt in principio abyssi: aut quante vene sunt super firmamentum: aut qui sunt exitus paradisi diceres mihi fortassis in abyssum non descendi neque in infernum adhuc: neque in celum unquam ascendi. Nunc autem non interrogavi tenisse de igne et vento et die per quam transisti: et a quibus separari non potes: et non respondisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu qui tua sunt: tecum coadulescentia non potes cognoscere. Et quomodo poterit vas tui um cape altissimi viam: et iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea. Et dixi illi. Melius erat nos non esse quam adhuc viuentes viuere in impietatibus et patii et non intelligere de quibus re. Et respondit ad me et dixit. Proficiscere profectus sum ad siluam lignorum capi: et cogitauerunt cogitationem et dixerunt. Venite et faciamus ad mare bellum: ut recedat coram nobis et faciamus nobis alias siluas et similiter fluctus maris et ipsi cogitauerunt cogitationem et dixerunt. Venite ascendentes debellamus siluas campi: ut et ibi consumemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus silue in vanum. Venit enim ignis et consumpsit eam. Similiter et cogitatus fluctuum maris. Stetit enim arena et prohibuit eos. Si enim esses iudex horum: que inciperes iustificare: aut quem condemnare. Et respondi et dixi. Atque vanam cogitationem cogitauerunt. Terra enim data est silue et mari locus portare fluctus suos. Et respondi ad me et dixit. Bene tu iudicasti et quare non iudicasti tibi metipsis. Quemadmodum enim terra silue data est: et mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitat qui sunt super terram intelligere solummodo possunt: et qui super celos que super altitudinem eorum. Et respondi et dixi. Deprecor te domine ut mihi des sensus intelligendi. Non enim volui interrogare de superioribus tuis: sed de his que presentantur per nos quid die: propter quod israel da-

nis in opprobriū gentib⁹ quem dilexisti plūdar⁹ ē tribub⁹ ipsijs ⁊ lex patrū nr̄orum in in/teritū deducta est ⁊ dispositiōes scripte nusq̄ sunt: ⁊ ptrāsuim⁹ de seculo vt locuste ⁊ vita nr̄a stupor ⁊ pauor: ⁊ nec digni sum⁹ misericordiā cōsequi. **S**z quid faciet noi suo qd̄ inuocatum est sup nos: Et de his interrogauit: ⁊ r̄ndit ad me: ⁊ dixit. **S**i fuerit plimū scrutat⁹ frequentē miraberis. **Q**uā festinās festinat lectm̄ p̄transire: ⁊ nō capit portare q̄ in futurū tēporib⁹ iustī reppromissa sūt: qm̄ plenū iniusticia ē sc̄m̄ h̄ ⁊ infirmitatib⁹. **D**e qb⁹ aut̄ interrogas dicā. **S**eminatū est em̄ malū: ⁊ necduz venit destructio ipsi⁹. **S**i ḡ nō inuersū fuerit qd̄ seminatū ē: ⁊ discesserit loc⁹ vbi seminatū ē malū: nō veniet vbi seminatū ē bonū. **Q**uā ḡmē seminis mali seminatū est in corde adā ab initio: ⁊ q̄tū impietati generauit vsq̄ nūc ⁊ generat vsq̄ cum veniat area. **E**stima aut̄ apud te gramē mali seminis q̄tū fructū impietatis generauit: qm̄ secate fuerint spice quaz nō ē numerus: q̄ magnā areā incipiet facere. **E**t r̄ndit: ⁊ dixit. **Q**uo. ⁊ qm̄ hec? **Q**uare modici et mali anni nostri. **E**t r̄ndit ad me: ⁊ dixit mihi. **N**ō festines tu sup altissimū. **T**u em̄ festinas inanit̄ eē sup ipm̄. **N**ā excessus tu⁹ mult⁹. **N**ōne de his interrogauerūt aie iustozū in promptuarijs suis dicētes. **E**sq̄q̄ spero sic ⁊ quando veniet fruct⁹ aree mercedis nr̄e. **E**t r̄ndit ad ea hieremihel archangel⁹: ⁊ dixit. **Q**uā implet⁹ fuerit numer⁹ seminū in vob: qm̄ in statera ponderauit seculū: ⁊ mēsurā mensurauit tpa: ⁊ nūero nūerauit tpa: ⁊ nō cōmouit nec excitauit vsq̄ dū impleat̄ p̄dicta mēsurā. **E**t r̄ndit: ⁊ dixit. **D**ñator dñe: s̄ ⁊ nos omēs pleni sum⁹ impietate. **E**t ne forte p̄pter nos nō impleant̄ iustozū aree: p̄p̄ p̄ctā inhabitantiū super trā. **E**t r̄ndit ad me: ⁊ dixit. **V**ade ⁊ in/roga p̄gnantē si qm̄ impleuerit nouē mēses suos: adhuc poterit matris ei⁹ retinere ptum in semetipsa. **E**t dixit. **N**ō pōt dñe. **E**t dixit ad me. **I**n inferno p̄mptuaria aiarū matrici assimilata sunt. **Q**uā admodū enī illa festinat q̄ parit effugere necessitatē ptus: sic ⁊ hec festinat reddere ea q̄ commendata sunt. **A**b initio tibi demōstrabit̄ de his q̄ cōcupiscis videre. **E**t r̄ndit: ⁊ dixit. **S**i inueni gratiā añ oculos tuos: ⁊ possibile ē: ⁊ si idone⁹ sū demōstra mihi si plusq̄ p̄teritū sit: h̄z venire: aut plura ptrāserūt supra q̄ futurū est. **Q**uid ptrāsiuit scio qd̄ aut̄ futurū sit ignoro. **E**t dixit ad me. **S**tasup dexterā p̄tem: ⁊ demonstrepo tibi inter/ptationē silitudinis. **E**t steti ⁊ vidi: ⁊ ecce fornax ardēs transijt corā me. **E**t factū cū transiret flāma vidi: ⁊ ecce supauit fum⁹. **P**ost hec transijt corā me nubes plena aque: ⁊ immisit

pluuiā ipetu multā. **E**t cū trāsisset ipet⁹ pluuiē supauerūt in ea gutte. **E**t dixit ad me. **C**ogita tibi. **S**ic crescit pluuiā āpli⁹ q̄ gutte: et ignis q̄ fum⁹: sic supabūdauit q̄ trāsiuit mēsurā. **S**upauerūt aut̄ gutte ⁊ fum⁹. **E**t orauit ⁊ dixit. **P**utas viuo vsq̄ i dieb⁹ illis? **E**t qd̄ erit in dieb⁹ illis? **R**ndit ad me: ⁊ dixit. **D**e signis de qb⁹ me interrogas ex pte possum tibi dicere: de vita aut̄ tua nō sū missus dicere tibi: sed nescio. **V**

De signis aut̄: ecce dies veniet in qb⁹ apprehendent̄ q̄ in habitāt trā in cēsu multo ⁊ abscondet̄ vitatis via: ⁊ sterilis erit a fide regio: ⁊ multiplicabit̄ iniusticia sup hanc quam ipse tu vides: ⁊ sup quā audisti olim: ⁊ erit ipositio vestigio q̄ nunc vides regnare regionē: ⁊ videbunt ea desertam. **S**i aut̄ tibi dederit altissim⁹ viuere videbis post tertiā tubam: ⁊ relucescet subito sol noctu: et luna ter in die: ⁊ de ligno sanguis stillabit: et lapis dabit vocē suā: ⁊ ppli commouebuntur ⁊ regnabit quē nō sperant q̄ inhabitāt super terrā ⁊ volatilia cōmigrationē facient: ⁊ mare sodomiticū pisces reijciet: ⁊ dabit vocē noctu quā nō nouerāt ml̄ri. **O**ēs aut̄ audiet̄ vocem eius. **E**t chaos fiet p̄ loca multa: et ignis frequēter remittet̄: ⁊ bestie aggresses trāsmigrabunt: ⁊ mulieres mēstruate parient monstra: in dulcib⁹ aque salte inuenient̄: ⁊ amici oēs semetipsos expugnabūt: ⁊ abscondetur tunc sensus: ⁊ intellectus sepabit̄ in p̄mptuariū suū: ⁊ queret̄ a multis ⁊ nō inuenietur ⁊ multiplicabitur iniusticia ⁊ in continentia super terram. **E**t interrogabit regio proximant̄ suam ⁊ dicet. **Q**uoniam per te pertransijt iusticia iustum faciēs. **E**t hoc negabit. **E**t erit illo tempe: ⁊ sperabunt homines ⁊ non impe trabunt: laborabunt ⁊ nō dirigētur vie eozū. **H**ec signa dicere tibi: permissum est mihi. **E**t si oraueris iterum ⁊ ploraueris sicut ⁊ nunc ⁊ ieiunaueris septem diebus: audies iterato horum maiora. **E**t cuiusgilauit. ⁊ corpus meuz horuit valde ⁊ anima mea laborauit vt deficeret. **E**t tenuit me qui venit angelus qui loquebatur in me ⁊ confortauit me ⁊ statuit me super pedes. **E**t factum est in nocte secunda. ⁊ venit ad me salathiel dux populi: ⁊ dixit mihi. **U**bi eras? **E**t quare vultus tuus tristis? **A**ut nescis quoniam tibi creditus est israel in regione transmigrationis eozum? **E**xurge ergo ⁊ gusta panem: et non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus lupozū malignozum. **E**t dixi ei. **V**ade a me: et nō appropies ad me. **E**t audiuit vt dixi: ⁊ recessit a me. **E**t ego ieiunavi diebus septem vlulans ⁊ plorans: sic mihi mādauit huziel angelus:

Et factū est post dies septē: et iterū cogitationes cordis mei moleste erant mihi valde. Et resumpsit anima mea spm̄ intellect⁹: et iterum cepi loq̄ corā altissimo s̄mone. Et dixi. Dominator dñe ex om̄i silua terre et om̄ib⁹ arborib⁹ ei⁹ elegisti vineam vnicā: ex om̄i fra or̄b̄ elegisti tibi foueā vnā: et ex om̄ib⁹ florib⁹ orbis elegisti tibi liliū vnū: et ex om̄ib⁹ abyssis maris replesti tibi riuū vnū: et ex om̄ib⁹ edificat̄ ciuitatib⁹ sanctificasti tibi metrop̄i sion: et ex om̄ibus creatis volatilib⁹ noiaſti tibi columbam vnā: et ex om̄ibus plasmat̄is pecorib⁹ puidisti tibi ouē vnā: et ex om̄ib⁹ multiplicatis populis acq̄siuisti tibi pplm̄ vnū: et ab om̄ib⁹ pbatam legem donasti huic quem desiderasti p̄lo. Et nūc dñe vt qd̄ tradidisti vnū pluribus: Et p̄ parasti sup̄ vnā radicez alias. Et disp̄didisti vnicū tuū in multis. Et cōculcauerūt eū qui cōtradicebant sponſionib⁹ tuis: quiq̄ tuis te ſtamētis nō credebāt. Et si odiēs odisti pplm̄ tuū: tuis manib⁹ debet caſtigari. Et factū est cū locutus eē s̄mone: et miſſus ē angel⁹ ad me qui añ venerat ad me p̄terita nocte et dixit mihi. Audi me et inſtrua te: et intēde mihi et adijciā corā te. Et dixi. Loq̄re dñe me. Et dixit ad me. Valde t̄m̄ excessu mētis factus es p̄ iſrl. An pl⁹ dilexiſti eū q̄ eū fec̄. Et dixi ad eū. Nō dñe. ſed dolēs locut⁹ ſum. Torquent em̄ merenes mei p̄ oēm horā querentem apprehendere ſemitam altissimi: et inueſtigare p̄tem iudicij ei⁹. Et dixit ad me. Nō potes. Et dixi. Quare dñe: Ad quid naſcebar. aut quare nō fiebat matrix matris meemibi ſepulcrū: vt nō viderē laborē iacob et defatigationē generis iſrl. Et dixit ad me. Quæra mihi q̄ necdū venerāt et collige mihi diſp̄ſas guttas. Et reuirtida mihi aridos flores: et aperī mihi clauiſa p̄mptuaria: et p̄duc mihi icludos in eis ſtatus. Demonſtra mihi vocis imaginē: et tūc oſtendā tibi laborem quem rogas videre. Et dixi. Dñator dñe: quis enim ē qui poteſt hec ſcire: niſi q̄ cū hoib⁹ habitacionē nō bz. Ego aut̄ inſipiens et quō potero dicere de his quib⁹ me interrogasti. Et dixit ad me. Quō nō potes facere vnū de his q̄ dicta ſūt: ſi non poter̄ iuenire iudiciū meū: aut in ſine charitatē quā p̄lo p̄miſi. Et dixi. Sz ecce dñe: tu p̄pe es his q̄ in ſinem ſunt. Et qd̄ facient qui añ me fuerūt: aut nos: aut hi qui poſt nos. Et dixit ad me. Corone aſſimilabo iudiciū meū. Sicut nō nouiſſimozū tarditas ſi nec porū velocitas. Et r̄ndi et dixi. Nec poteris facere eos qui facti ſunt: et qui ſunt et q̄ futuri ſunt in vnū: vt celer⁹ iudiciū tuū oſtēdas. Et r̄ndit ad me et dixit. Nō poteſt feſtinare creatura ſup̄ creatorē: nec ſuſtinere ſecu-

lum eos qui in eo creādi ſunt in vnū. Et dixi. Quō dixiſti ſuo tuo: qm̄ viuificans viuificasti a te creatā creaturā in vnū: et ſuſtinebat creatura: poterit et nūc portare p̄ntes in vnū. Et dixit ad me. Interroga matricē mulieris: et dices ad eam. Et ſi paris: quare p̄tēpus Roga q̄ eā: vt det decē in vnū. Et dixi. Nō vtiq̄ poterit: ſ̄ ſm̄ tempus. Et dixit ad me. Et ego dedi matricem terre his q̄ ſemina ti ſunt ſup̄ eā p̄ temp⁹. Quēadmodū em̄ iſas non parit ea que ſenā ſunt: ſic ego diſpoſui a me creatū ſec̄m. Et interrogauī: et dixi. Cum iam dederis mihi viā loquar corā te. In māter noſtra de qua dixiſti mihi. adhuc iuuenis eſt iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me et dixit. Interroga eam que parit: et dicet tibi. Dices em̄ ei. Quare quos peperit nūc: nō ſunt ſimiles his q̄ añ te: ſ̄ minores ſtatura. Et dicit tibi et ipſa. Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: et alij qui ſub tempore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Cōſidera ergo et tu qm̄ minorū ſtatura eſtis p̄ his q̄ añ vos: et qui poſt vos minorū q̄ vos q̄ ſi iam ſenecētes creature et fortitudinē iuuentutis p̄tereunt. Et dixi. Rogo dñe ſi inueni gratiā añ octos tuos: demonſtra ſuo tuo p̄ quē viſites creaturā tuā. VI

Et dixit ad me. In initio terreni orbis et anteq̄ ſtarēt exitus ſeculi et añq̄ ſpirarent cōuentiones ventozū et anteq̄ ſonarēt voces tonitruū: et anteq̄ ſplenderent nitores coruſcationū: et anteq̄ cōfirmarētur fundamenta paradisi: anteq̄ viderent̄ decori flores: et anteq̄ cōfirmarent̄ mote p̄tutes anteq̄ colligerent̄ innumerabiles milicie angelozū: et anteq̄ extollerent̄ altitudines aeris et anteq̄ nominarent̄ mēſure firmamentozū. et anteq̄ eſtuarent camini in ſion: et añq̄ iueſtigarent̄ p̄ntes anni: et anteq̄ abalienarētur eozū qui nūc peccant adiuuentioes et cōſignati eēt qui fidē theſaurizauerūt: tūc cogitauī et facta ſunt p̄ me ſolum et nō p̄ alium: et ſinis p̄ me et nō p̄ alium. Et r̄ndi et dixi. Que erit ſepatio tēporū. Aut qm̄ prioris ſinis et ſequētis initium. Et dixit ad me. Ab abraam vſq̄ ad yſaac qm̄ nati ſunt ab eo iacob et eſau manus iacob tenebat ab initio calcaneum eſau. Finis em̄ hui⁹ ſeculi eſau et p̄ncipiū ſequētis iacob. Hois man⁹ in calcaneum et manum. Aliud noli querere eſdra. Et r̄ndi: et dixi. Dñator dñe: ſi inueni gratiā añ oculos tuos: oro vt demonſtres ſeruo tuo ſinem ſignozum tuozū quozū p̄tem mihi demonſtraſti nocte p̄cedente. Et reſpondit et dixit ad me. Surge ſup̄ pedes tuos et audi vocem pleniffimaz ſonitus. Et erit ſicut commotio: nec commo-

uebis locus in quo stes sup' eū. Ideo cū loq̄
tu nō expaueas: qm̄ de sine ybū: 7 fundamē/
tum terre intelligit: qm̄ de ip̄is sermo tremi-
scit 7 cōmouet. Scit em̄ qm̄ finē eoz opozet
cōmutari. Et factū ē cū audissem: surreri sup
pedes meos 7 audiui: et ecce vox loquens: 7
sonus ei⁹ sicut son⁹ aquaz multaz. Et dixit
Ecce dies veniūt: 7 erit qn̄ appropinquare i/
cipiā vt visitē habitātes in terra: 7 qn̄ inq̄i-
rere icipiā ab eis q̄ iniuste nocuerūt iniusticia
sua: 7 qn̄ supleta fuerit humilitas syon 7 cuz
supsignabit seculum qd̄ incipiet p̄rāsire: hec
signa faciā. Libri apient' añ incipiet p̄rāsire: hec
7 oēs videbūt simul et anniculi infantes lo-
quent' vocib⁹ suis: 7 p̄gnantes imaturos pa-
rient infantes triū et q̄tuor mēsum 7 viuēt 7
suscitabunt. Et subito apparebūt seminata lo-
ca nō semiata: 7 plena p̄mptuaria subito iue-
nient' vacua 7 tuba canet cū sono: quā cū oēs
audierint: subito expauescēt. Et erit in illo tē-
pore debellabunt amici amicos: vt inimici: 7
expauescet fra cū his. Et vene fontiu' stabūt
7 nō decurrēt in horis trib⁹. Et erit omnis q̄
derelict⁹ fuerit ex omib⁹ istis q̄b⁹ p̄dixi tibi: ip-
se saluabit: 7 videbit salutare meū 7 finem se-
culi vestri. Et videbūt q̄ recepti sunt hoies q̄
mortē nō gustauerūt a natiuitate sua: 7 muta-
bit' cor inhabitantiū: 7 cōuertet' in sensū aliū.
Delebit' em̄ malū: 7 extinguet' dol⁹. Florebit
aut' fides: 7 vincef corruptela: 7 ostendet' ve-
ritas q̄ sine fructu fuit dieb⁹ tantis. Et factuz
ē cū loqueret' mihi: et ecce paulatim intuebar
sup eū añ quē stabā: et dixit ad me hec. Veni
tibi ondere tps v̄ture noctis. Si ḡ iterū ro-
gaueris: 7 iterū ieiunaueris septē dieb⁹: itez
tibi renunciabo horū maiora p̄ diē q̄ audiui.
Audita ē em̄ vox tua apud altissimū. Vidit
em̄ fortis directionē tuā: 7 puidit pudicitiaz
quā a iunēture tua habuisti 7 p̄p̄ h̄ misit me
demonstrare tibi hec om̄ia: 7 dicere tibi. Cōsi-
de 7 noli timere: 7 noli festinare cū p̄ozib⁹ t̄pi-
bus cogitare vana: vt non p̄peres a nouissi-
mis t̄pibus. Et factū ē post hec et fleui itez 7
siliter ieiunauī septez dieb⁹: vt suppleam tres
hebdomodas q̄ dicte sunt mihi. Et factū est
i octaua nocte 7 cor meū p̄turbabat' iterato i
me et cepi loq̄ corā altissimo Inflāmbat' em̄
sp̄s me⁹ valde: et ala mea anxiabat' et dixi.
Dñe loquēs locut⁹ es ab initio creature in
p̄mo die dicēs. Fiat celū et fra: et tuū verbū
op⁹ p̄fectū. Et erat tūc sp̄s: et tenebre circū
ferebant' et silentiū: son⁹ vocis hois nondum
erat abs te. Tūc dixisti de thesaur' tuis p̄fer-
ri lumen luminosum: q̄ appareret op⁹ tuū. Et
die secūdo creasti sp̄m firmamenti: et impasti
ei vt diuideret et diuisionē faceret in aquas

vt ps qdā sursum recederet: ps vo deorsū ma/
neret. Et tertia die impasti aquis cōgregari i
septima pte terre: sex vo ptes siccasti 7 cōser-
uasti: vt ex his sint corā teministrātia semia-
ta a deo 7 culta. Verbu' em̄ tuū p̄cessit: 7 op⁹
statim fiebat. Processit em̄ subito fruct⁹ mul-
titudinis imēsus 7 cōcupiscentie gust⁹ multū
formes 7 flores colore immutabili: et odores
odoramēti iuestigabilis. Et die tertio hec fa-
cta sunt. Quarta aut' die impasti fieri sol' splē-
dorē: lunelumē: stellarū dispositionē 7 impa-
sti eis vt deseruirent futuro plasmato homi-
ni. Quito aut' die dixisti septime pti vbi erat
aqua p̄gregata vt p̄crearet aialia 7 volatilia
7 pisces 7 ita fiebat. Aqua muta 7 sine anima
q̄ dei nutu iubebatur animalia faciebat: vt ex
hoc mirabilia tua natiōes enarrēt. Et tūc cō-
seruasti duas aias nomen vni vocasti enoch
7 nomē secūde vocasti leuiat hā: 7 sepasti ea
ab alterutro. Nō em̄ poterat septima ps vbi
erat aq̄ congregata cape ea. Et dedisti enoch
vnā ptē que siccata est tertio die vt habitet in
ea: vbi sunt mōtes mille. Leuiathan aut' de-
disti septimā ptem humidā 7 seruasti ea vt fiat
in deuorationē q̄b⁹ vis 7 qn̄ vis. Sexto autē
die impasti terre vt crearet corā te iumenta 7
bestias 7 reptilia 7 sup his adā: quē cōstitui-
sti ducē sup omib⁹ facti q̄ fecisti: 7 ex eo educi
mur nos oēs quēq̄ elegisti p̄lim. Hec autem
om̄ia dixi corā te dñe: qz p̄pter nos creasti se-
culū. Residuas aut' gētes ab adā natas dixi-
sti eas nil esse: 7 qm̄ saluē assimilatae sunt: 7 q̄/
sustilliditū de vase similasti abundantia eo-
rū. Et nūc dñe ecce iste gentes que in nihiluz
deputate sunt: ceperūt dñari n̄ri 7 deuozare:
nos aut' p̄pls tu⁹ quē vocasti p̄mogenitū vni-
genitū emulatozē tuū: traditi sum⁹ in manib⁹
eoz. Et si p̄pter nos creatū est seculū: q̄ nō
hereditatē possidem⁹ cuz seculo. Usq̄q̄ hec?

Et factū est cū finissem VII
loq̄ yba hec missus ē ad me angelus
q̄ missus fuerat ad me p̄mis noctibus
7 dixit ad me. Surge esdra 7 audi f̄mōes q̄s
veni loq̄ ad te. Et dixi. Loquere de⁹ me⁹. Et
dixit ad me. Osare positū ē in spaciofo loco
vt cēt altū 7 imensū erit aut' ei introitus in an-
gusto loco positus: vt cēt similis fluminibus
Quis em̄ volens voluerit ingredi mare: 7 vi-
dere eū vel dñari eius: si nō trāsierit angustū
in latitudinē venire quō poterit. Item aliud
Ciuitas est edificata 7 posita in loco cāpestri
est aut' plena oim bonozū. Introitus eius an-
gustus 7 in p̄cipiti positus: vt esset a dextris
quidē ignis: a sinistris aqua alta: semita autē
ē vna sola in eos posita: h̄ ē in ignē 7 aquaz
vt nō accipiat semita nisi solūmodo vestigiū

hominis. Si autē dabit civitas homini in hereditatē: si nunquā antepositū piculū p̄trāsierit quō accipiat hereditatē suā. Et dixi. Sic dñe. Et dixit ad me. Sic ē et isrl̄ ps. Propter eos em̄ feci seculum et quā trāsgressus ē adam cōstitutiones meas iudicatū est quod factus ē. Et facti sunt introitus hui⁹ seculi angusti et dolētes et laboriosi: pauci autē et mali et piculum pleni et labore magno p̄fulti: nā maior seculi introitus spaciosi et securi: et facientes immortalitatis fructū. Si igitur ingrediētes nō fuerunt ingressi quā viuunt: angustia et vana hec nō poterūt recipe que sunt reposita. Nūc ergo quare tu p̄turbaris cū sis corruptibilis: et quā moueris tu cū sis mortalis. Et quare nō accepisti in corde tuo quōd ē futurū: sed quōd i p̄nti. Rūdi et dixi. Dñator dñe ecce disposuisti lege tua: quā iusti hereditabūt hec. Impiū autē p̄bunt: iusti autē ferēt angusta: sperātes paciosa. Qui em̄ impie gesserūt et angusta passi sunt et spatiosa nō videbunt. Et dixit ad me. Nō est iudex sup̄ deū: neque intelligēs sup̄ altissimū. Pereūt em̄ multi p̄ntes: quare negligēt que anteposita ē dei lex. Mandās em̄ mandauit de⁹ venientibus: quā venerunt: quid facientes viuerēt: et quā obfūates nō punirent. Ibi autē nō sunt p̄suasi et p̄tradixerūt: ei⁹ et p̄stituerunt sibi cogitamentum vanitatis: et p̄posuerunt sibi circūuentiōes delictorū et sup̄dixerūt altissimo nō esse: et vias ei⁹ nō cognouerūt et legem ei⁹ sp̄ruerunt: et sponsiones ei⁹ abnegauerūt: et illegitimis ei⁹ fidē nō habuerūt et opaei⁹ nō p̄fecerūt. Propter hoc esdra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tempus veniet: et erit quā veniēt signa que p̄dixi tibi. Et apparebit sponsa et apparescēs ostendēs quā nūc subducit terra: et ois quā liberat⁹ ē de p̄dictis malis: ipse videbit mirabilia mea. Reuelabit em̄ fili⁹ me⁹ iesus cū his quā cū eo sunt: et iocundabunt quā relictī sunt in annis quā dringētis. Et erit post annos hos et moyses fili⁹ me⁹ christ⁹: et omnes quē spiramētū hūit hoīes: et p̄uertet seculum in antiquū silentiū dieb⁹ septē sicut in p̄iori / bus iudicij ita vt nemo derelinquat: et erit post dies septē: et excitabit quōd nondū vigilat seculū et moyses corruptum. Et terra reddet quā in ea dormiūt et puluis quā in eo silentio habitāt et p̄mptuaria reddent que eis cōmendate sūt anie. Et reuelabit altissim⁹ sup̄ sedē iudicij et p̄trāsibūt miserie et longanimitas congregabit. Iudiciū autē solū remanebit vitas stabit et fides cōualecet. Et opus subsequē: et merces ostendēs: et iusticie vigilabūt: et iniusticie nō dñabunt. Et dixi. Prīm⁹ abraā p̄pter sordomitas orauit: et moyses p̄ patrib⁹ quā in deserto peccauerūt: et quā post eū p̄ isrl̄ in diebus

achaz et samuelis et dauid p̄ p̄fractiōe: et salomon p̄ eis quā venerūt in sanctificationē: et helias p̄ his quā pluuia acceperūt et p̄ mortuo vt viueret: et ezechias p̄ populo in dieb⁹ sennacherib⁹: et multi p̄ multis. Si igitur modo quā cor / ruptibile increuit: et iniusticia multiplicata ē et orauerūt iusti p̄ impijs: quare et nūc sic nō erit: Et respondit ad me et dixit. Dñs seculū nō est finis: gloria in eo frequēs manet p̄pter hoc orauerunt p̄ inualidis. Dies em̄ iudicij erit finis t̄pis hui⁹: et initiū t̄pis futuri imortalitatis: in quo p̄trāsuit corruptela soluta ē interpretantia: abscisa ē incredulitas: creuit autē iusticia: orta ē veritas. Tūc em̄ nemo poterit saluare eū qui p̄erit: neque demergere qui vincit. Et rūdi et dixi. Hic fmo me⁹ p̄m⁹: et nouissimus: quā meli⁹ erat nō dare terrā adā vel cū tā dedisset coercere eū vt non peccaret. Quid em̄ p̄dest hoībus in p̄nti viuere in tristitia: et mortuos sperare p̄nitionē. Tu quid fecisti adam. Si em̄ tu peccasti nō est factus solius tu⁹ casus sed et noster quā ex te aduenim⁹. Quid em̄ p̄dest nobis si p̄missum est nob̄ imortale t̄ps: nos autē mortalia opa egim⁹. Et quā p̄dicta ē nobis p̄hennis spes: nos nō pessimi vani facti sum⁹. Et quā reposita sunt nob̄ habitacula sanitatis et securitatis: nos vero male cōuersati sumus. Et quā reposita est gloria altissimi p̄tegere eos quā tarde cōuersati sunt: nos autē pessimis vijs ambulauim⁹. Et quā ostendēs paradysus cui⁹ fructus incorruptus p̄seuerat in quo est securitas et medela: nos nō nō ingrediemur. In igitur gratis em̄ locis cōuersati sum⁹. Et quā sup̄ stellas fulgebunt facies eorū quā abstinentiā habuerant: n̄re autem facies sup̄ tenebras nigre. Nō em̄ cogitauimus viuentes quā int̄quitate faciebam⁹ et incipemus post mortē pati. Et rūdit: et dixit. Hoc est cogitamentū certaminis quōd certabit quā sup̄ terrā nat⁹ est hō: vt si vict⁹ fuerit patiatur quōd dixisti. Si autē vicerit recipiet quōd dico quā hec est vita quā moyses dixit cū viueret ad p̄lm̄ dicens. Elige tibi vitam et viuas. Nō crediderūt autē ei: sed nec post eū p̄pheti. Sed nec mihi quā locut⁹ sum ad eos: quā nō eēt tristitia in p̄ditionē eorū sicut futurū est gaudium sup̄ eos quibus p̄suasa est salus. Et respondit: et dixi. Scio dñe quā vocat⁹ ē altissimus misericors in eo quā misereat in his quā nō / dum in seculo aduenerūt: et quā misereat illis quā cōuersationem faciūt in lege eius: et longanimitas ē quā longanimitatē p̄stat his quā peccauerunt quā suis opib⁹: et munific⁹ ē quā quādem donare vult p̄ exigentis: et multe misericordie quā multiplicat magis misericordias his quā p̄sentes sunt et quā p̄terierunt et quā futuri sunt. Si

em̄ nō multiplicauerit misericordias suas: nō uiuificabit seculū cū his q̄ inhereditabāt i eo
Et donat: qm̄ si nō donauerit d̄ bonitate sua vt alleuiens hi q̄ iniquitatem fecerūt de suis iniquitatibus nō poterit decies millesima pars uiuificari hoīm. Et iudex si nō ignouerit his q̄ curati sunt x̄bo ei⁹ ⁊ deleuerit multitudinē p̄tēptionū nō fortassis derelinquerent in innumerabili multitudine nisi pauci valde. VIII

Erūdit ad me: ⁊ dixit. Hoc seculum fecit altissim⁹ pp̄ multos futurū autem pp̄tē pauca. Dicā autē corā te silitudinē esdra. Quō autē interrogab̄ terram et dicit tibi quoniam dabit terrā multam: magis uide fiat fictile: puum autem puluerem vñ aurū sit: sic ⁊ act⁹ p̄ntis seclī. Multi qui dem creati sunt pauci autē saluabunt. Et rñ / di: ⁊ dixi. Absorbe ergo aīa sensum: ⁊ deuora quod sapit. Cōuenisti em̄ obaudire: ⁊ p̄phetare volēs. Nec em̄ tibi ē datū spaciū: nisi solūmodo uiuere. O dñe si nō permittes seruo tuo vt ozem⁹ corā te: ⁊ des nob̄ semen cordi ⁊ sensui culturā: vñ fruct⁹ fiat: vñ uiuere possit oīnis corrupt⁹ q̄ portabit locū hoīs. Sol⁹ em̄ es: ⁊ vna plasmatio nos sum⁹ manuū tuarū sicut locut⁹ es. Et quō nūc in matrice plasmatum ē corp⁹ ⁊ p̄stans mēbra: ⁊ suaf in igne ⁊ aq̄ tua creatio: ⁊ nouē mētib⁹ patif tua plasmatio tuā creaturā que in ea creatā ē: ipm̄ autem qd̄ suat ⁊ qd̄ suaf vtraq; suabūt: suaf itaq; qm̄ iterū reddit matrix que in ea creuerūt. Impasti em̄ ex ip̄is mēbris h̄ est māmillus p̄bere lac fructui mamillarū: vt natriatur id qd̄ plasmatū est vsq; in tps aliq; ⁊ postea disponas eū tpe misericordie. Enūciasti em̄ tua iusticia: ⁊ erudisti cum in lege tua: ⁊ corripuisti eū tuo intellectu: ⁊ mortificabis euz vt tua creatura: ⁊ uiuificabis eū vt vnū opus. Si q̄ pdideris eū q̄ tātis laborib⁹ plasmat⁹ ē tuo iussu facile ē ordinari vt id qd̄ fiebat suaref. Et nūc dñe dicā: d̄ oīni hoīe tu magi scis de p̄lo autē tuo ob quē doleo ⁊ de hereditate tua pp̄tē quā lugeo: ⁊ pp̄tē isrl̄ pp̄tē quē tristis sum: ⁊ de iacob pp̄tē quē doleo: ideo incipiā ozare corā te p̄ me ⁊ p̄o eis qm̄ video lapsus n̄ros q̄ inhabitam⁹ terrā. Sed audiui celeritatē iudicis q̄ futurus ē. Ideo audi uocem meā ⁊ intellige s̄monē meū: ⁊ loquar coram te. Initiū x̄borū esdre: p̄us q̄ assumeref. Et dixi. Dñe q̄ inhabitas seculū: cui⁹ oculi eleuati in supna ⁊ aere: ⁊ cui⁹ thron⁹ inestimabilis ⁊ gloria incōprehensibilis: cui⁹ astat exercitus angelorū cū tremore quorū suatio in vēto ⁊ igni cōuertif: cui⁹ verbū verū ⁊ dicta p̄seuerantia: cui⁹ iussio fortis ⁊ dispositio terribilis: cui⁹ aspect⁹ arefecit abyssos ⁊ indigna-

tio tabescere facit mōtes: ⁊ uitas testificatur. Exaudi oratio nē fui tui: ⁊ aurib⁹ p̄cipe p̄cātionē figmēti tui. Dū em̄ uiuo loquar: ⁊ dū sapio rñdebo. Nec respicias pp̄tē tui delicta: sed qui tibi in ueritate seruiunt. Nec intēdas impia gētū studia: sed qui tua testimonia cū dolorib⁹ custodierūt. Nec cogites qui in conspectu tuo false cōuersati sunt: sed memorare qd̄ ex uoluntate tua timorē cognouerūt. Necq; uoluerit p̄dere qui pecudū mores habuerunt s̄ respicias eos q̄ legē tuā splēdide docuerūt. Nec indigneris eis qui bestijs peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui semp in iusticia tua cōfidunt ⁊ gloria. Qm̄ nos ⁊ p̄res nostri talibus morbis languem⁹: tu autē pp̄tē nos peccatores misericors uocaberis. Si em̄ desiderauerit vt nostri miseraris: tūc misericors uocaberis nobis autē nō habentib⁹ opa iusticie. Iusti enī quib⁹ sunt opa multa reposita ex pp̄rijs opibus recipiēt mercedē. Quid est em̄ hō vt ei indigneris aut gen⁹ corruptibile vt ita amar⁹ sis de ip̄o. In ueritate em̄ nemo de genitis est qui nō impie gessit ⁊ de cōfiteantibus qui nō deliquit. In hoc em̄ annūciabit iusticia tua ⁊ bonitas tua dñe: cū miseris uocaberis eis qui nō habēt substantiā bonorū opez. Et rñdit ad me: ⁊ dixit. Recte locut⁹ es aliqua: ⁊ iuxta sermones tuos sic ⁊ fiet. Quoniam nō uere cogitabo sup̄ plasmā corū q̄ peccauerunt ante mortē aī iudiciū aī pditionē: sed iocundabo: sup̄ iustorū figmentū ⁊ memorabor pegrinationis quoq; et saluationis et mercedis receptiōis. Quō ergo locutus sum sic ⁊ est. Sicut em̄ agricola serit sup̄ terrā semina multa ⁊ plātationes multitudinis plantat: sed nō in tempore oīnia que seminata sunt saluant: sed nec oīnia que plantata sunt radīcabūt: sic ⁊ qui in seculo seminati sunt nō oēs saluabunt. Et rñdi ⁊ dixi. Si inueni gratiaz loquar. Quō semen agricolę si non ascenderit aut nō acceperit pluuiā tuā in tpe aut si corruptum fuerit multitudine pluuię: sic perit: ⁊ similiter hō qui manib⁹ tuis plasmat⁹ ē: ⁊ tu ei imago noīat⁹: qm̄ similitus es ei pp̄tē que omnia plasmasti: ⁊ similasti semini agricolę. Nō irascaris sup̄ nos: s̄ p̄ce p̄lo tuo ⁊ misere hereditati tue. Tu autē creature tue misereris. Et rñdit ad me: ⁊ dixit. Que sunt p̄sentia p̄sentib⁹: ⁊ que futura futuris. Multum em̄ tibi restat vt possis diligere meā creaturā sup̄ me: tibi autē frequenter ⁊ ipsi proximauit iniustus aut nunq;. S; ⁊ in h̄ mirabilis es coram altissimo qm̄ humiliasti te sicut decet te: ⁊ nō iudicasti te vt in iustos plimū glificerit. Prop̄tē qd̄ miserie multe ⁊ miserabiles efficiētur eis q̄ habitant seculū in nouissimis quia

in multa supbia ambulauerunt. Tu autē pte intellige: et de sibi⁹ tuis in dñe gloriā. **V**ob em̄ aptus est paradysus: plātata est arbor vite pparatū est futurū tps. pparata ē abundantia edificata ē ciuitas pbata ē rēdes: pfecta ē bonitas: et pfecta sapiētia. Radix mali signata est a vobis: infirmitas et tinea a vob absconsa ē: et in infernū fugit corruptio in obliuione. **T**rāserūt dolores: et ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. **N**oli ḡ adūcere in q̄rendo de multitudine corū q̄ pereūt. **N**ā et ipi accipientes libertatē spreuerūt altissimū et legez ei⁹ cōtempserunt: et vias eius dereliquerunt. **A**dhuc autē iustos ei⁹ cōculcauerūt: et dixerūt in corde suo nō eē deū: et q̄dē sciētes qm̄ moriunt. **S**icut em̄ vos suscipient q̄ p̄dicta sunt sic eos sitis et cruciat⁹ q̄ pparata sunt. **N**ō em̄ voluit hoiem dispdi. **S**ed et ipi q̄ creati sunt coinquinauerūt nomē ei⁹ q̄ fecit eos: et ingratū fuerunt ei q̄ pparauit eis vitā. **Q**uapropter iudiciū meū mō appropinquat. **Q**ue nō oib⁹ demonstrāui nisi tibi: et tibi sibi⁹ paucis. **E**t r̄ndi et dixi. **E**cce nūc dñe demonstrasti mihi multitudinē signorū q̄ incipies facere i nouis simis s̄ nō demonstrasti mihi q̄ tpe. **IX**

Et r̄ndit ad me et dixit. **P**etens metire tps in semetipso: et erit cū videris qm̄ trāserit ps quedā signorū q̄ p̄dicta sunt: tūc int̄elliges qm̄ ipm̄ ē tps in q̄ incipiet altissimus visitare seculū qd̄ ab eo factū ē. **E**t qm̄ videbis in seculo motio locorū et p̄lorū turbatio tūc intelliges qm̄ de his erat altissimus locut⁹: a dieb⁹ q̄ fuerūt añ te ab initio. **S**ic em̄ om̄ne qd̄ factū ē in seculo: initiū h̄z pariter: et cōsummationē: et cōsummatio ē manifesta: sic et altissimi tpa initia habēt manifesta in pdigijs et virtutib⁹ et p̄sumatōnes in actu et in signis. **E**t erit ois q̄ salu⁹ fecit fuerit et q̄ poterit effugē p̄ opa sua: et p̄ fidē in q̄ credidistis relinquet de p̄dictis piculis: et videbit salutare meū in t̄ra mea: et in finib⁹ meis: qm̄ sanctificauit me a seculo. **E**t tunc miserebunt qui nūc abusi sunt vias meas: et in tormētis commorabunt hi qui eas piecerūt in cōtemptu. **Q**ui em̄ nō cognouerūt me viuētes beneficia p̄secuti et q̄ fastidierunt legē meā cum adhuc erāt h̄ntes libertatē: et cū adhuc eēt eis aptus penitētie loc⁹ nō intellexerūt s̄ spreuerūt: hos oportet post mortē in cruciamēto cognoscere. **T**u ḡ noli adhuc curiosus eē quōd ipij cruciabunt: s̄ in dñe quōd iusti saluabunt et q̄rū seculū et p̄p̄ q̄s seculū: et qm̄. **E**t r̄ndi et dixi. **O**lis locut⁹ sū et nūc dico et postea dicā: qm̄ plures sūt q̄ pereūt q̄ saluabunt: sicut multiplicat⁹ flux⁹ sup guttā. **E**t r̄ndit ad me et dixit. **Q**ualis ager talia et semia: et q̄les flores tales et tin-

